

hominibus firma

et talis praunitas

et talis firmitas

et talis dignitas

et talis se facta

et talis terra

et talis nos

omni omnium et dignitatem nostram

restituere **Et** firmitatem **Et** **Et**

Amendorem nostrum quibus d. **Ipse**

**Et** nos dicitur fideliter nostris omnem

securitatem nostram sempiternam

securitatem nostram sempiternam

omnium **Et** **Et** omnipotens **Et** **Et**

inquit celestia ad omnia propria

incederent **Et** ostentio nostrum

quod omnia omnia ad omnia nostrum

omnium **Et** **Et** **Et** **Et**

restat **Et** **Et** **Et** **Et**

omnium **Et** **Et** **Et** **Et**

omnium **Et** **Et** **Et** **Et**

omnium **Et** **Et** **Et** **Et**

omnium **Et** **Et** **Et** **Et**



CCM



CIPPI,

QVOS ERIGERE

POTVIT, ET VOLVIT, IN GRA-  
titudinis & amoris symbolum,

PATRI, MATRI, CONIVGI,  
FILIABVS, & FILIO,

*Jochimus Manardus Sonderhusinus,  
Schola in patria Convector &  
Præceptor classicus.*

SENECA

lib. 8. epist. 78.

E O ibis, quò omnia eunt: Quid tibi nouum est:  
Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit:  
hoc matri: hoc maioribus: hoc omnibus ante te:  
hoc omnibus post te, &c.

ERPHORDIAE

*Cippos hos Aonios, saxeis vivaciores, hac formâ  
struxit, adornavit, transmisit:*

IOHANNES PISTORIVS,


A N N O:

CIO. IO. XCVIII.

*R. V. Dno Valentino Mylio Pastori  
Ecclesie Ffeldensis q. Jochimus  
Mandrag 30 Martij Ao 1599.  
433*







TVMVLVS.

MARGARITÆ, THEODORICI  
OSTERRICHII Oeconomi Ilfeldensis  
Filiæ, &c.



*Margaris hic recubat prestantis ab arte Manardi;*

*Nempe Marita sui deliciosa Viri.*

*Hanc mæstus vitâ cassam vir luxit: ovando*

*Sed cupida excipiet mox, poli in arce, manu.*

1597.  
7. Nov.


*Sic tamen excipiet, nunquam eius ut ore recedat;*

*Tanta ullo nec sint gaudia mixta malo.*

*Interea hoc desiderium in caram acre Mariti*

*Vxorem, dii testis amoris erit.*

M. Christophorus Cæsar, celeberr.  
Scholæ Halensis Rector.



AD MARITVM DEFVNCTÆ  
CONIVGIS.



*Onjugis obfunus lugubre, Manarde colende,*

*In luctu & rixis inclita cerne loca.*

*Sic ILFELDA gemit, sic murmurat in super ipsas*

*Sondershusa NECA T, quam patriæ genui;*

*Illuc quam Sponsam mihi florentibus annis, 1587.*

*Viveret ut felix, Nestoreosq; dies!*

22. Oct.

Sondersø



Sondershusa gemit sic, sic quoque murmurat ipsa:  
 Objicere hæc nobis, cara, verere, soror;  
 Sondershusa dedit VERAM, pro funere, Vitam,  
 Patria quam dederas, nil nisi luctus erat:  
 Quam sterilem dederas nobis, sine prole, marito,  
 Hic quot, quot, NATIS reddita mater, obit;  
 Complerat Natis ædes, nunc æthera complet;  
 Hæc nobis debet singula, non patriæ!  
 Hisce superveniens certantibus Ilithyia,  
 Quæ votis timidæ parturientis adest,  
 Dixit: Margaridi dedi, ademi (cedite) vitam  
 En ego, sic Fato, sic statuente Deo,  
 Cum quod nunc felix vivit super æthere, Cessent  
 Nunc rixæ, & luctus: utraque disce mori.  
 Tuq; MANARDE, Deo fidas, dicare Manhartus,  
 Vir DVRV S, Fortis nunc (precor) esse velis.  
 Læta dabunt, luctum tibi quæ tribuere molestum,  
 Pro tumulo thalamum Fata inopina dabunt.

M. Iohannes Cajus, Scholæ Neandrinæ, quæ est  
 in inclitâ Ilfelda, Rector.

## ECHO.



*Ic mihi quæ nostris habitas in vallibus Echo,  
 Da mihi quæ modò te Nympha rogabo E. dabo.  
 Ut quosdam canerem versus oravit amicus,  
 Phæbe vir iste tibi notus amæne E. bené.  
 Tincta Caballino sed non mea fonte labella,  
 Hinc Echo versus scribere nolo E. volo.*


Ergo



Ergo satisfaciam precibus poscentis amici?  
Versibus & gratum me fore reris? E. eris.  
Te vero minimè fugiet resonabilis Echo,  
Quòd parcat nulli Parca se vera, E. mera.  
Hinc animosa meæ surgit sententia menti:  
Non metuenda necis spicula rapacis E. ais.  
Nec, si fata parens tollunt tua viscera natos,  
E tristi vires pectore suge E. fuge.  
Nec si dilecto viduaris compare conjunx,  
Te nimum torque discrutia ve E. cave.  
Hinc dum morte fuit sua rapta marita Manardo,  
Communem sortem sic tolerabit? E. habet.  
Accedet supero sanctos quòd lumine cassos  
In cælo maneant fata beata? E. rata.  
Sic sua costa fide quæ clausit lumina, vitæ  
Iam fruitur gratæ conditione? E. bonæ.  
Ergo Manarda tibi cæli gratamur honorem,  
Quæ retines certò maxima dona E. bonæ.  
Et tibi pro tumulo thalamum Manarde precamur,  
Vnde tibi veniet dulce levamen E. amen.  
Tu verò quæ non tacuisti Nympha roganti  
Nunc iterum nota condere velle E. vale.

Agnato suo πολυφιλάτῳ  
transmittebat

Antonius Töpfferus, Scholæ  
Neandrinæ Corrector.



TVMV



TVMVLVS  
 PATRIS IOACHIMI, CVIVS NO-  
 men & cognomen, & officium, litera carminis  
 initiales Lectori subjiciunt.

C ladem Deus misurus improbis; SVOS  
 A uferre dilectos PRIVS terrâ solet,  
 S aluti eorum consulens & commodis,  
 P er multa nunc exempla non hîc ibimus  
 A d hoc probandum: Quippe codex Biblicus  
 R edundat his, & ipsa nostra tempora.  
 V num placet saltem novare & alterum,  
 S at hoc probat LAMECH, Pater justi NOAE;  
 M ATHVSALEM satis probat: Quos vindices,  
 A nte orbis undas orbe IOVA præripit.  
 N ec antè mundum IOVA punit sulphure  
 A cignibus, quàm LOTVS evocatus est.  
 R ecens rei sit testis hic Consul; MALIS  
 D eus Iehova quem FVTVRIS abstulit,  
 V ix ille satis cesserat; vix Conjugem  
 S uam præire ELISABETHAM viderat;  
 C lades adest proh civibus, proh ædibus,  
 O lim sinister Bubo quam prædixerat!  
 N on peste vidit ille Gnati funera  
 S imul DVO ferri; Nepotem cum Nuru,  
 V idere NOS cum Lacrymis oportuit:  
 L acrymas Iehova abstergat, hîc & AËthere!

1597.  
 13. Octobr.  
 etat. 69.  
 6. Aprilis.  
 etat. 69.  
 An. 95.  
 96.  
 2. Novem.

*Compatri cariss. posuit*

*Matthaus Zimmermannus Arnstatensis,  
 Rector Scholæ in inclitâ Sonderhusa.*



TVMVLVS  
MATRIS IOACHIMI,  
ELISABETHAE, &c.




Vid, Ioachime, iuvat longo pallescere luctus,  
Et pectus crebrâ tundere triste manu?  
Non hoc vult MATER cœli super axe triumphans,  
Non hoc vult nostri regula sancta libri.  
Quo præit hic expende tropum, mortemq; sopori  
Concilians, mentem quo releveris, habe.  
Nampe quod est fessis sopor, hoc mors orbe piorum:  
Dulce sopor fessis; mors quoq; dulce pijs.  
Non somno vincti curas meminere priores;  
Nec vitâ functi pristina damna legunt.  
Non benè sopitos pluvia, non fulgura, terrent;  
Nec benè defunctos vis quatit ulla mali.  
Corporis imperium sopor, haud animæ tenet ullum;  
Corporis imperium mors tenet, haud animæ.  
Non sopor assiduis fessos amplectitur umbris;  
Nec mors aeterno devorat ore pios.  
Exuitur somno languor, viresq; novantur;  
Labes prisca perit, vitâq; morte redit;  
Transeo vim fandi superantia gaudia, cœlo  
Quæ sanctos, sacro codice teste, manent.  
Hec, Ioachime, sinu memori tene, desine luctu,  
Atq; piâ nutu mente quiesce Dei.  
Hoc tua vult MATER, cœli super axe triumphans,  
Hoc quoq; vult nostri regula sancta libri.

*κλαίων μετὰ κλαίων*

Iustus Ernestus Badrensis,  
Cantor Sondershusinus.

TVMV



  
**T V M V L V S**  
*ANNÆ MARIÆ, IOACHIMI*  
*FILIOLÆ, &c.*



Vò flores citiùs sub inchoantis  
 Veris principio, parente terrâ  
 Nati; tantò etiam magis tenelli  
 Aurâ non stabili fatis meante,  
 Mixtis grandinibus sed imminente  
 Tempestate gravi periclitantur.

Læduntur citius, minusq; florent:

Tædalis tibi flosculum, Manarde,  
 Splendorem thalami Annulam Mariam,  
 Spirantem benè germinârat hortus.  
 Ast vix prodierat nimis sub ævi  
 Verni nymbifero virens Aprili,  
 Quo vitæ calor imbecilliores  
 Vires exerere artubustenellis  
 Est visus, simul & nocivus aër  
 Morborum validas trahit procellas;  
 Huic (proh dolor!) excitant procellam  
 Pravo à sanguine P. V S T V L A E subortæ,  
 Quâ projectus humo vigoris expers  
 Non luctu sine nunc jacet parentis.

1592.  
23. Sept.

1595.  
28. Iunij.

At quid te maceras, Amice, floris  
 Lugendo interitum unius caduci,  
 Floris cum propè vita singulorum  
 Naturam referat, cadatq; in ipso  
 Ortu, vix oculi vigens ad ictum?  
 Hortum, quem rigidæ dedere Parcæ

A 4

Desertum




Desertum, recolas modò jugalem,  
Productos quoq; flosculos priori  
Non multùm ab similes, & haud minores,  
Vi mulcente animum tuum videbis.

*Ex inelitâ Salanâ mittebat.*

*Eobanus Bertram Sondershusinus,*

*SS. Theol. Candidatus.*



## TVMVLVS

ANNVLAE, IOACHIMI FILIOLAE,

Anno: 94. die 19. Maii natae, & An. 95.

die 26. Maii, pustulis extinctae.

INTERLOCVTORES SVNT

Pater & Parcae.

PATER:



*Dura? ô seua / ô adamantina pectora Parcae!*

*Cur vos colum tam frangitis citò piorum?*

*Iam rapitis matrem, iam dulcia pignora, costam,*

*Patremq; iam, iamq; Annulam, me, si potestas!*

*Vestra adeò nullas habet inclementia metas,*

*Semperq; sic minamini mala sagittis?*

PARCAE:

*Per nos, per cœlum, per conscia Numina veri*

*Iuramus, atque signa quæ polo vagantur;*

*Non nos esse huius causam, quòd morte soluti*

*Marita, mater ac pater, quòd Anna rapta.*

*Sic placuit IOVÆ, solus qui frena gubernat*

*Vitæ, tenetq; claustra nil miserantis Orci.*

Hoc



Hoc mandante, statim nos jussa capessere fas est,  
Hujusq; nunc, cras illius, secare filia.

PATER.

At potuissetis non Annæ parcere, messem  
Post unicam quæ viderat septimanam? uix

PARCAE:

Quid tu? Tu solus, Vir o doctissime, nescis,  
Nos nemini solere parcere, si facultas?  
Æquo summo gradu magnorum culmina Regum  
Pulsamus, infimasq; pauperum tabernas,  
Parcimus haud forti juveni, tenerisq; puellis;  
Nec canitudinem senis curamus unquam,  
Cunctis, qui siquidem vescuntur munere terræ,  
Ena vigandum est hinc, semelq; transeundum.  
Amplius ergo tuo non promas pectore questus,  
Nec Annulam fleas; PERANNA namque facta est,  
Dum fovet hanc vitæ vita, altera & aurea vita,  
Vbi exulant angor, timor, dolor, labores.

Ex illustri Salanæ  
transmittebat.

David Speiser Sondershusinus,  
SS. LL. Studiosus.



TVMV-




TVMVLVS  
CASPARI, IOACHIMI FILIO-  
LI INFANTIS.



Ita quid est hominis? pulvis, brevis umbra, laborq;  
Et perit, ut pereunt verba caduca viri,  
Nunc hodierna favet tibi lux, mox crastina summā  
Adjiciunt horam fata inopina tibi.  
Olla vides huius CASPARI condita terræ,  
Cui spatium vitæ fata dedere breve:  
Editus in lucem nam cum vix esset, ademit  
Ipsius vitam Parca maligna manu.  
Tu Deus ergo dabis memores brevitatis ut huius  
Vivamus, ut nos vox tua sacra monet:  
Donec per miseram vallem gradiamur ad alti  
Per Natum nobis gaudia parta poli.

Horæ V.  
post acc.  
baptisma.  
1597.  
7. Novē.

*Guntherus Sifrid, Sondershusinus, Salana Civis.*



ALLVSIO.

Ad nomen defuncti, quod Scribam  
significat.



Vi juvenis moritur, prisco testante Menandro,  
Præ multis verè CARIOR ille Deo est.  
Cur ergo SCRIBA Mluges, Collega, tenellum,  
Præ te qui jovæ CARIOR axe fuit?  
Exemplo Isaidis cerealta munera sume,  
Et post tristitiæ symbola pone tuæ,  
Non huic SCRIBA redit pistrino: scribit Olympo  
Mercede ingenti; nec tibi SCRIBA redit.

Matth. Zimmermanus.

APPEN



APPENDIX.

CIPPVS CATHARINÆ, IO-  
HANNIS MANARDI, IOACHIMI  
FRATRIS Germani, honestis-  
simæ & laudatissimæ  
CONIVGIS.



Conjux hic CATHARINA Ian Manardi  
Cum Gnatâ Mariâ atque Iulianâ,  
Nec non cum Socero & Socru, quiescit.  
Deceßit lue victa pestilente,  
Quâ multi moriuntur & Fideles;  
Ne se jactitet VLLVS innocentem,

Et, ceu morte vacans, superbus intret,

Postis exuvijs mali reatus,

Totum clarificata mox resurget,

Et fictos Catharos novata vincet.

Vitâ & moribus illa QVANTA vivens

MANARDO fuerit suo MARITA:

Quantum totius urbis huius astrum:

Verbis nemo potest referre paucis,

Nec parvus potis est referre cippus.

Scire sufficiat, Viator, unum:

Quod Christum CATHARINA scivit unum:

Quod Viro benè casta vixit uni,

Quod Christo moribunda cessit uni.

Hinc vox ingemimatur ista vulgò:

Ducturum Sociam novam Manardum,

Accensâ licet ambiat lucernâ,

VIX parem reperire posse sponsam.

1 5 9 7.

16. Septē.

etat. 32.

33

30

33

33

33

33

Ex merito posuit Compater,

Matthæus Zimmermanus.







AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581




TA → a









CIPPI,  
QVOS ERIGERE

POTVIT, ET VOLVIT, IN GRA  
titudinis & amoris symbolum,

PATRI, MATRI, CONIVGI,  
FILIABVS, & FILIO,

*Jochimus Manardus Sonderhusinus,  
Schola in patria Convector &  
Præceptor classicus.*

SENECA

lib. 8. epist. 78.

E Oibis, quò omnia eunt: Quid tibi nouum est:  
Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit:  
hoc matri: hoc maioribus: hoc omnibus ante te:  
hoc omnibus post te, &c.

ERPHORDIAE

*Cippos hos Aonios, saxeis vivaciores, hac formâ  
struxit, adornavit, transmisit:*

IOHANNES PISTORIVS,

A N N O:

CIO. ID. XCVIII.

*L. V. Dno Valentino Mylio Pastori  
Ecclesie Ilfeldensis q. Jochimig  
Mandag 30 Martij Ao 1599.*

